

ILLVSTRISSIMO AC

SERENISSIMO PRINCIPI ALBERTO

COMITI PALATINO RHENI, VTRIVSQUE BAVARIÆ

Duci, patrono suo perpetua fide colendo. S. D. P.



VM certò mihi persuasum habeam, Alberte Princeps inclytissime, inter disciplinas ingenuas non infimum sibi locum uendicare artem Musices, non potui omittere, quin uestræ celsitudini, cui me totum dedicaui, fructum aliquem offerrem, & hoc eo lubentius, quòd optime cognoscam, ipsam Musicæ amantissimam, & Musicorum omnium fautricem longè benignissimam. Recordor enim, cum præcipuas Italiæ, Galliæ, & Flandriæ partes peragrarem, mihiq; cum varijs Principibus & Dominis, ob Musices studium consuetudo, nec tamen exigua, esset, nullum inuenisse, qui tantopere artis Musices peritos amauerit, tantisq; ornarit & cumularit honoribus ac beneficijs, tantoq; animi impetu & industria in Musices disciplinis uigilauerit, quàm eadem uestra Celsitudo. Ea propter, Herois illustrissime, idemq; Patrone clementissime, ut grati animi specimen erga te declararem, mihi uisum est, has sacras cantiones pro rudi mea Minerua compositas, non posse maiori Principi, maioriq; Musices studiorum cultori, quàm uestræ Celsitudini partim in meæ erga eandem obseruantie significationem, partim gratitudinis testificationem, dedicare, Munus autem hoc quamuis indignū, quod tanto

A 2 Principi